

,, utque ad Canoniarum illationum exactionem. *Et post*
 ,, *pauca.* Ubi autem Patriarchale Stauropegium praestru-
 ,, ctum non fuerit, regionis Antistes illius potestatem
 ,, habebit: siue Monasterium suburbanum sit, siue pa-
 ,, ralarium, siue domus oratoria: & illius erit ἀναφο-
 ,, ρά, ἢ σφραγίς, ἢ ἑτέρας, ἢ πρόσδος τῶν Κανονικῶν, αἱ
 ,, χαρτοῖαι &c. Liturgia, Confirmatio, Inquisitio, Ca-
 ,, nonicorum proventus, Ordinationes &c. ,, Hinc *Ca-*
 ,, *nonicarii*, Κανονικάριοι, dicti sunt, *Canonicorum* hujus-
 ,, modi proventuum Exactores. Justiniani Novella 30. c. 7.
 ad Johannem Orientis Praetorior. Praefectum, de Pro-
 consule Cappadociae. ,, Unus enim hic Magistratus om-
 ,, nibus praeficietur . . . intendens etiam ad ea, quae
 ,, pro consuetudine praecipuntur a gloriosissimo Praepo-
 ,, sito sacri nostri Cubiculi: nequeuntibus ipsis Canoni-
 ,, cariis, qui pro tempore a gloriosissimo Praeposito
 ,, emittuntur, vel saltem obolo tenus aliquid accipere,
 ,, vel consuetudinum nomine, vel quacumque alia de
 ,, causa ,, . Et Novella 128. ad Petrum Praefect. Praetor.
de Collatoribus, & aliis Capitulis, cap. 5. ,, Et in hoc
 ,, quoque adjuvare nostros Collatores prospeximus, ut
 ,, non necessitas inferatur possessoribus sub hypothecis
 ,, decimationes nominare in auro collationis, ut non
 ,, aliquam ex hoc ipsi patiantur laesionem: sed eos, qui-
 ,, bus in unaquaque provincia aut civitate periculum
 ,, fiscalium exactionum imminet, siue Judices sint, siue
 ,, Curiales, siue Canoniciarii, aut alii quidam, proprio
 ,, periculo & suscipere pecunias, & transmittere, &
 ,, expendere in quibus deputatae sunt utilitatibus. *Et*
 ,, *cap. 6.* Et hoc custodiri jubemus, Canoniarum ta-
 ,, lem in provinciam destinari, qui possit periculo ordi-
 ,, nantium eum exigere fiscalia tributa, & per nullam
 ,, occasionem impulsorem post eum mitti, & damnum
 ,, subjectis inferri impulsione: & ipsum vocabulum de
 ,, cetero perimimus. Si vero non opportunus invenia-
 ,, tur Canoniciarius, non impulsor mittatur, sed illo re-
 ,, moto, alter dirigatur Canoniciarius. Ipsum quoque
 ,, Canoniarum contentum esse jubemus deputatis con-
 ,, sue-